

2073. XI, 8-19 — Carta de D. João III ao Doutor Brás Neto, embai-xador em Roma, a respeito de umas suplicações a fazer ao Papa, para um frade de S. Francisco ser capelão nos seus paços da Ribeira do Muge. Setúbal, 1532. — Papel. 6 folhas. Bom estado. Cópia junta.

Doutor Bras Neto amiguo.

Eu el rei vos envio muyto saudar.

Com esta carta vos envio duas sopricações de Diogo Pachequo frade da Ordem de Sam Francisquo da Terceira Ordem do qual me quero servir na capelania da capela dos meus paços da Ribeira de Muja por ser dele e de sua bondade bem enformado e por os vezinhos dali d'aredor estarem dele e de seu serviço contentes e pelas ditas sopricações veres o que por elas se soprica e requere por o que escuso de nesta mais vo lo declarar. E soomente vos encomendo muyto que logo como esta vos for dada vos trabalhes quanto posivel vos for por as ditas sopricações despachardes conforme ao nelas conteudo no que muyto vos gradecerey poerdes toda diligencia e asy de as letras diso me enviardes com os primeiros recados que pera mym despachardes. E ey por bem que a expedicām diso façaes a minha custa e creo que se fara niso pouqua despesa e vos asy trabalhay porque com pouco gasto se faça. E se pela ventura comprir falardeis ao Santo Padre de minha parte na expedicām das ditas sopricações fazey o naquele modo que virdes que pode mais aproveitar dizendo lhe que asy pela boa enformaçām que tenho da bondade e suficiencia do dito Diogo Pachequo como por me querer dele servir na capelania dos ditos meus paços recebereys em merce de Sua Santidade lhe querer conceder o que por suas sopricações requere e se tambem em outro cabo aproveitar o falardeis de minha parte a algūus cardeaes ou oficiaes asy o fazee e muyto vos gradecerey de com a mais brevidade que vos for posivel me enviardes os despachos.

Pero d'Alcaçova Carneiro a fez em Setuvel a ...⁽¹⁾ dias de ...⁽²⁾ de 1532.

Rey

(1) (2) Espaços em branco no original.

Pera Bras Neto sobre estas sopriacões que lhe vão de Dioguo Pachequo frade de Sam Francisquo (2) Clemens Papa setimus.

Venerabilis frater et dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecit Didacus Pacheco Ordinis fratrum minorum conventionalium profesor quod licet ipse habitum per fratres dicti ordinis gestari solitum in domo Sancti Fracisci oppidi de Santarem Ulixbonensis diocesis assumpserit et professionem per eos emitte solitam emiserit regularem ac inibi ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines promotus fuerit et in eis ministraverit ac per multum tempus inibi perseveraverit tamen ut sibi videbatur asperitatem dicti Ordinis supportare non vales (*sic*) habitum quem deferebat propria auctoritate dimisit et laicalem assumpsit cum laicis conversando et negotiis secularibus se immiscendo excomunicacionis et alias sentencias censuras et poenas contra tales tam a jure et per statuta docti (*sic*) Ordinis quam alias promulgatas incurrendo.

Cum autem sicut eadem expositio subjugebat idem Didacus ad cor reversus de prememisis (*sic*) ab intimis doleat cupiatque obfingere melioris vitae ad Ordinem Sancti Augustini canonicorum regularium ad quem singularem gerit devotionis affectum se transferre et sub illius regulari habitu quod vixerit virtutum Domino famulari pro parte ipsius Didaci nobis fuit humiliter supplicatum ut cum ab apostasie nota et excommunicationis sententie aliisque ecclasticis sententiis censuris et penis predictis absolvere aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur attendentes quod sancta mater eclesia recurrentibus ad eam post errorem cum humilitate filiis gerimus pietatis claudere non consuevit hujusmodi suplicationibus inclinati discretioni vestrae per presentes commitimus et mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum eundem Didacum si hoc humiliter petierit ab apostasie nota et excommunicationis aliisque ecclasticis sentencialis censuris et penis quas praemissorum occasione quomodolibet incurit auctoritate nostra ac vice dumtaxat absolvatis in forma ecclesie consueta.

Injunctis eis vel (?) ei pio modo culpe penitentia salutari et aliis que fuerint de jure injungenda secumque super irregularitate si quam illis ligatus mis[s]as et alia divina officia non tamen in contemptum clavium celebrando et illis se immiscendo contraxit eadem auctoritate dispensetis aboleatisque ab eo omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam sibi ex premissis provenientem.

Nos enim eidem Didaco si absolucionem dispensacionem et abolitionem predi[c]tas per vos fieri contigerit ut perfertur quod de Ordine Minorum Conventionalium hujusmodi ad perfatum Ordinem Sancti Augustini canonicorum regularium sine tamen spe beneficiorum per aliquem ipsius Ordinis Sancti Augustini superiorum seu priorem aut commendatarium seu personam in di[g]nitate ecclastica constitutam per ipsum Didacum eligendam se transferre ac eidem superiori priori commendatario ut ipsum recipere et ab eo professionem expressam in talibus emitte

solutam exigere valeant licentiam et facultatem concedimus de eidem
Didaco quod postquam traslatus fuerit ut prefertur omnibus et singulis
privilegiis immunitatibus exemptionibus libertatibus gratiis et favoribus
ac indultis quibus alii canonici dicti Ordinis Sancti Augustini canonicorum
regularium utuntur potiu[n]tur et gaudent ac uti potiri et gaudere pote-
runt quomodolibet in futurum uti potiri et gaudere necnon de licencia
sui superioris et ea durante cuicunque beneficio eclesiastico seculari seu
regulari curato seu illius perpetue vicarie de consensu illud seu illam
obtinentis deservire animarum curam exercere eclesiastica sacramenta
ministrare confessiones audire ipsisque pro modo culpe penitentiam salu-
tarem imponere ac verbum Dei predicare possit et valeat de specialis
dono gratiae indulgemus et nichilominus eidem Didaco in primisis (*sic*)
per vos vel alium seu alios efficacis defensionis presidio assistentes non
permitatis eum contra presentium litterarum tenorem quomodolibet
molestari contradictores per censuras eclesiasticas et alia opportuna juris
remedia apelacione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit
auxilio Crachii secularis non obstantibus constitutionibus et ordinatio-
nibus apostolicis praesertim felicis recordationis Clementis quinti que
ut professoris Martini quinti que viam ambiciose cupiditatis incipiunt
Eugenii quarti Sixti etiam quarti Alexandri sexti et Pii tertii Julii
secundi Leonis decimi Adriani sexti et aliorum romanorum pontificum
praedecessorum nostrorum ac quibusvis aliis litteris privilegiis concessio-
nibus et indultis apostolicis dicto ordini minorum conventionalium etiam
ad supplicationem imperatoris regum et reginarum Hyspaniarum etiam
mare ma[g]num et bula aurea nuncupatis et cum clausula motus proprii
etiam contra exemptos sub quibusvis modis et verborum formis ac expres-
sionibus et cum quibusvis clausulis etiam ad rogatariarum derogatoris
fortioribus efficacioribus et insolitis clausulis concessis confirmatis appro-
batis et innovatis etiamsi in illis caveatur quod nemo nisi de licencia sui
superioris de dicto Ordine Minorum Conventionalium ad quemcunque alium
ordinem etiam apostolica auctoritate se transferre pos[s]it et qui aliter
translatus fuerit per vim et manu armata apprehendi incarcерari et ad
habitum et ordinem minorum reduci possit quibus omnibus etiam se pro
eorum sufficienti derogacione de illis eorumque totis tenoribus specialis
specifica et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas
generales id importantes mentio habenda foret eorumque omnium tenores
presentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris
hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque con-
trariis quibuscunque.

*Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava
Maii milesimi quingentesimi vigesimi quarti. Pontificatus nostri anno
primo.*

Cesar de Hans

(A. E.)

Informatio Didaci Pacheco diocesis Ulisbonensis

Exponitur ex parte Didaci Pacheco diocesis Ulisbonensis quod cum ipse habitum fratrum Minorum Conventualium in monasterio Sancti Francisci oppidi Santerenensis diocesis Ulisbonensis assumpsit et professionem per eos emitti solitam emiserit regularem et inibi ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines promotus fuerit et in eis ministraverit et per multum tempus permanserit. Cum tamen postea dictum monasterium ad fratres dictos de observancia dicti Ordinis Beati Francisci esset tra[n]slatum et ad observanciam reductum ipse orator per aliquod tempus in observantia ad quam se reformavit permanxit cum tamen postmodum asperitatem ordinis supportare et observanciam non valleret habitum quem gestabat e monasterio egrediens propria auctoritate demisit et laicalem assumpsit cum laicis conversando et secularibus se imiscendo negotiis excomunicacionis et alias sententias et censuras et penas contra tales tam a jure et per Ordinis statuta quam alias promulgatas incur[r]endo. Dictus tamen orator ad cor reversus de premissis dolens supplicavit sanctissimo Pape Clementi septimo et obtinuit literas quarum transumptum mititur cum hac informatione virtute earum fuit dictus orator absolutus et dispensatus per unum ex executoribus scilicet ministerum Sancte Trinitatis monasterii opedi (sic) San[c]terene et ad Ordinem Canonicorum Regularium Santi Agustini se transtulit et professionem solitam fecit in manibus prioris monasteri loci de Baltar diocesis Lamecensis quod monasterium dicti Ordinis Canonicorum Regularium existit et habitum de manu dicti prioris a[s]umpsit per canonicos gestari solitum et eidem obedienciam cum juramento promisit et licentiam a dicto priore cui obedienciam prestitit obtinuit quatenus per decenium possit stare et degere in quacunque civite oppido villa vel loco regnorum Portugaliae dummodo honeste viveret prout plenius in literis inde confectis continetur dicte tamen litere quas supplicans a dicto Papa obtinuit ab aliquibus subrectitiae dicuntur quare in illis non fuit expressum quod dictus orator ad observanciam regularem dictorum fratrum Beati Francisci erat traslatus quando habitum demisit sed solum dicitur quod erat profes[s]or Ordinis Conventualium Beati Francisci nec fuit mentio facta qualiter ad fratres de observancia translatus cum illis per aliquod tempus perseveravit in dicto monasterio. Quare nunc petit et supplicat si ex hoc dictae litterae sunt subrecticie quod validentur et approbentur acque omnia supradicta earum vigore gesta ac que si nulla subrectio interveniret et valida omnia censeantur.

Item quare dictus orator Didacus Pacheco postquam ut dictum est ad dictum Ordinem Canonicorum Regularium se transtulit et eorum habitum as[s]umpsit illum habitum demisit et habitum fratrum Beati Francisci dictorum de tercia regula propria auctoritate a[s]umpsit et illum per multum tempus gestavit prout aduc gestat de praesenti et in eo habitu et ordine existens missas et allia oficia divina celebravit. Cum

tamen dicatur ipsum hoc facere non licere nec posse de Canonicorum Regularium Beati Agustini ad Ordinem Tertium Beati Francisci et tertie regule se transferre cum laxior sit regula ista tercia Beati Francisci prout in provincia Portugalie observatur et ideo dicunt iterum oratorem apostasiam excommunicationem censuras et penas contra tales a jure et per statuta ordinis incur[r]isse et ir[r]egularitatem sic excommunicatus et apostata celebrando quare nunc vult redire ad Ordinem et habitum Canonicorum Regularium Beati Augustini petit sibi licere et quod absolvatur ab excommunicatione censuris et penis et dispensemur super macula infamie et apostasie et irregularitate ex premissis proveniente et quod concedatur sibi quod possit de licencia dicti prioris monasteri Sancti Agustini in quoconque loco volluerit dummodo honeste vivat habitare et stare et cuicunque ecclesiastico beneficio regulari vel seculari curato et etiam simplici vel capellanie vel vicarie deservire et illud etiam in titulum obtinere si alias legitime eidem conferatur et subficiat dictam licenciam petere licet non obtineatur ut possit stare in quoconque loco.

Item concedatur quod possit confessiones audire et ecclesiastica sacramenta ministrare et verbum Dei predicare.

Et expediantur litere cum clausulis derogatoris jurium et privilegiorum ordinum efficacisionis et necessariis et opportunis.

Et dentur executores officialis (*sic*) Ulisbonensis et ministri monasteriorum Sanctae Trinitatis Ulisbonensis et Santerenensis cum clausula vel eorum alter et cum clausula quod possint per censuras ecclesiasticas contra impidientes appellatione remota procedere et auxilium Crachii secularis si opus fuerit invocare et cum aliis necessariis et consuetis.